Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Mariologisch-hagiographische Sammelhandschrift: Marienleben und -mirakel, Rosenkranztexte, Jungfrauenlegenden - Cod. Donaueschingen B VI 2

Adolf <von Essen>

Augustinerinnenkloster Frauweiler bei Bedburg, [1538]

Rückdeckel

urn:nbn:de:bsz:31-230235

Visual Library

tati tirmensos preconiorum iubilos reddimus. De quo accepit ut vinceret
qui non distulit pro tui nominis amore tormentis occumbere. V. Fulget
deo sicut sol in mundo amplectens immortalitatem cum christo. Deo. R.
Gloriosus dei amicus vincencius ihesu domini confessione fundatus
inter tormentorum supplicia stetit imperterritus. Ac tamen triumphali mor
te insignis celos penetrauit sanguine laureatus. V. Felici commercio
prouidens celestia pro perituris eterna commutans. Ac te. In laudibus antiphona.
Assumptus ex eculeo leuitha vincencius atque ad patibu
lum raptus moras carnificum arguendo ad penam alacriter
properabat. Antiphona. Intrepidus itaque candentis ferri machinam ultro
conscendit ac manens inmotus erectis in celum luminibus dominum
precabatur. Antiphona. Hinc horrendo carceris clausus ergastulo dei athle
ta angelorum venerando fouebatur obsequio et mulcebatur alloquio.
Antiphona. Agnosce o vincenti invictissime quia pro cuius nomine fideliter
decertasti ipse tibi coronam preparatam seruat in celestibus. Antiphona. Dant
ergo laudes deo altissimo et resonante organo vocis angelice mo
dulata suauitas procul diffunditur. Antiphona. Egregius dei martyr
vincencius victis tormentorum suppliciis pro christo alacriter superatis
ac felici pugne agone constanter expleto tandem preciosam resolu
tus in morte celos triumphans spiritum reddidit. Oratio. Adesto domine sup-
Da quesumus domine nobis: ut intercessione beati vincentii Oratio.
martyris tui contra omnia aduersa muniamur. Per

cuius nomine ipse meritus adiit insaniam rabidi hostis. Per.
Deus qui beatum vincentium inter inmania Oratio.
tormenta victorem esse fecisti. concede nobis miti
eius qui te fide et deuotione secutus est: ut nullis tempta
tionum passionibus superati. constanter domino deo nostro seruire
mereamur. Per. Ad vesperas antiphona. Beatus vincentius martyr ad
dominum transmisit spiritum diuinis canticis circumdatus laudes reso
nat celitus hodie in gloria cum angelis triumphat. In conuersione
Saulus adhuc spirans minarum et sancti pauli.
cedis in discipulos domini. abiit ad principem sacerdotum
et petiit epistolas ab eo in damascum ad synagogas. ut cum iter fa
ceret contigit ut adpropinquaret damasco: et subito cir
cumfulsit eum lux de celo. R. Ibat igitur. V. Per totam.
hymnus. Doctor egregie paule mores. Sit trinitati. Versus.
Annunciauerunt opera dei. Ad magnificat antiphona. Vade anania et quere
saulum ecce enim orat quia vas electionis est mihi oportet nomen
meum coram gentibus et regibus et filiis israhel. Oratio.
Deus qui multitudinem gentium beati pauli apostoli predica
tione docuisti da nobis quesumus. ut qui eius hodie conuer
sionem colimus. per eius ad te exempla gradiamur. Per.
Inuitatorium. Laudemus deum nostrum in conuersione apostoli pau
li. psalmus. Venite exultemus domino. In primo nocturno antiphona.

ut si quos inuenisset huius uie uiros uinctos perduceret ihrlm.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg